

Signum Williberti archiepiscopi. Signum Hardwici praepositi etc.

876 März 15.

8. Donatio bonorum in Bliteirsdorp fol. 5.

Placuit atque convenit inter fratres Bonnae Cassii et Florentii et virum venerabilem Engilbertum, ut inter se commutare deberent res suas etc. Dederunt praedicti fratres iam fato Engilberto in pago Bonnense in villa Bliterestorp^a mansum .I.^b et sunt in ea iornales XXX cum pertica mensurata etc. Actum publice coram tumba sanctorum Cassii et Florentii sub die Nonis Aprilis anno XXXVIII. regnante domno Lvdrico orientali rege^c in dei nomine foeliciter. Signum Williberti archiepiscopi et fratrum IIII et Engilberti.

875 April 5.

9. Donatio Guntardi de Widefelde eadem pagina.

C. Nos in dei nomine Guntardus et Albertus et Rutbaldus et Erkenbertus cogitamus tam pro dei timoris intuitu quam propter remedium animae Guthane, ut ei pius dominus de peccatis suis aliquid dimittere dignetur, donamus seu tradimus ad tumbam sanctorum martirum Cassii et Florentii vel ad illorum ecclesiam, quae est sita foras muro castro Bunnense (!)^d, ubi Hilduinus archiepiscopus gratia dei atque sacri palatii capellanus abba esse videtur, et ubi Theigenbertus choriepiscopus et praepositus esse videtur, hoc est in Witafelde vel villa marca curtilem .I. cum casa etc. — Ista omnia superscripta donamus seu et tradimus a die praesenti ad ecclesiam praefatam vel illis clericis, qui ibidem diu (!) noctuque deserviunt, ad illorum refectorium habeant atque possideant nullo contradicente. Si¹ quis vero, quod minime fieri credimus, si nos ipsi aut ullus de haeredibus nostris vel aliquis ulla opposita vel extranea persona, qui contra hanc cartam conaverit aut eam infringere (!) voluerit^e, imprimis iram sancte Trinitatis incurrat vel omnium sanctorum, insuper inferat ad partibus (!) praedictae ecclesiae auri libras X, argenti pondo XX coactus exolvat etc. Actum publice sub die Idibus Mai anno VIII. regnante rege Lvthario^f feliciter.

847 Mai 15.

10. Donatio Brugrude in Rimelstorp fol. 6.

C. Dono et trado vineam meam ad ecclesiam sanctorum Cassii et Florentii, quae sub oppido Bonna castro constructa

a) 'Bliterestorp' a. R. b) Dahinter 'mansum ex' ausgestrichen. c) A. R. 'Anno 895'. d) 'castrum Bunneñ' a. R. wiederholt. e) Vor 'vol.' 'conaverit' ausgestr. f) 'qui fuit anno 848' a. R.

1) Vgl. Lacomblet, Urkundenbuch I n. 73.